

Baćina, Vrgorac, Zavojane, Kozica, Imotski, Vinjane, Runović, Podbablje, Proložac, Lovreć, Ričice, Studenci, Tijarice, Slivno, Opuzen, Komin a quo villa Rogotin a. 1875 separata in cappellariam expositam conventui de Zaostrog subjectam, utpote a Komin dependentem, creata fuit,¹⁰⁵ Metković, Borovci, Plina, Pasičina, Sinj, Hrvace, Vrlika, Potravlje cum cappellania Zasijok, Turjake, Trilj, Vojnić-Gardun quae duae parochiae simul ut cappellaniae illi de Trilj jungendae erant, quae decisio numquam postea effectum sortita est, Čaporice, Gornje Dicmo, Donje Dicmo, cum cappellania Koprivno, Bitelić, Bajagić, Otok, Ruda, Gala, Grab, Čačvina, Ugljane, Strizirep, Voštane-Rože; 4) in dioecesi pharensi: Sumartin. Sed in fine saeculi XIX et initio sequentis XX provincia cessit dioecesi spalatensi duas parochias: Čačvina et Čaporice, anno nempe 1900 declarans ultimo centenario se nullum actum iuridicum ibi gessisse;¹⁰⁶ alias vero sex archidioecesi jadrensi: anno videlicet 1903 cessit Ervenik, Jesenice, Medvide,¹⁰⁷ a. 1904 Obrovac,¹⁰⁸ a. 1905 Nunić et Rodaljice.¹⁰⁹ Sic ergo ante promulgationem Codicis Juris Canonici provincia SS. Redemptoris habebat simul 91 parochias et cappellantias.

Post Codicis promulgationem a sex parochiis franciscanis avulsione territorii creatae sunt sex novae parochiae liberae Ordinarii collationis: a. 1919 a parochia Komin declarata est independens cappellania Rogotin, de cuius natura iuridica etiam post divisionem Schematismus dioecesanus anni 1925 haec habet: »Rogotin. Pagus. Ecclesia curatialis, ad SS. Trinitatem. Spectat ad conventum in Zaostrog ab a.

¹⁰⁵ Jerković R., Župe Neretve, in List biskupije splitsko-makarske, LXI (1939), 97. Adsunt plura scripta de quaestione sistemationis parochiae Rogotin (Cfr. Arch. prov. Split-Dobri, Spisi 1894, nr. 138); episcopus quaerit licentiam a superioribus regularibus eandem cappellariam presbytero saeculari providendi. Ibidem, nr. 169, 170.; an. 1889, n. 988, a. 1892, n. 129, 150.

¹⁰⁶ Arch. prov. Split-Dobri, Spisi 1889, n. 987; 1900—1901, n. 117, 130.

¹⁰⁷ Arch. prov. Split-Dobri, Spisi 1903, n. 1184.

¹⁰⁸ Arch. prov. Split-Dobri, Spisi 1904, n. 1709.

¹⁰⁹ Arch. prov. Split-Dobri, Spisi 1905, n. 393.